

statuam e foro Mantuano dejici fecit, nobilem edidit *Invectivam*. Et alia multa. Quod est ad hujusmodi *Invectivam*, memini me olim ipsam legere in MSto Codice Ambrosiana Bibliothecae post Leonardi Aretini Librum de *Institutione Adolescentium* ad Ubertinum Carrariensem. Ita 5 inscribitur: *Invectiva contra Karolum de Malatestis* (non vero *Sigismundum*, ut habet idem Bergomensis) pro *eversione & destructione Statuae Virgilii* Mantuani Poëtarum maximi. Exorditur autem his verbis: *Non est apud quem querar, Vir Magnifice, nisi apud te, qui solus ex Principibus nostrae aetatis cum omnis generis eruditos, tum maxime Oratores* 10 *et Poëtas colis &c.* In fine haec pauca leguntur: *Bononiae .xlv. Kal. Octobris MCCCXCII. Petrus Paulus Vergerius de Giampietris de Sarnano.* Quibus ex verbis edocemur, quo anno *Invectiva* illa fuerit conscripta. Scriptorem e *Vergeria* Familia sive gente fuisse, constare jam puto, quam vulgus de *Verzeriis* appellabat. Quid ergo sibi velit additamentum illud 15 *de Giampietris de Sarnano*, Justinopolitanis suarum rerum peritioribus disserendum relinquam<sup>(1)</sup>. In MSto Codice, qui olim spectabat ad Urbinate Bibliothecam, nunc autem, ut puto, in Vaticana adservatur, *Invectiva* haec scripta dicitur *ad Ludovicum Alidosium*<sup>(2)</sup>. Historiam quoque *Principum Mantuanorum* literis consignasse dicitur, quae jamdiu 20 excidit. An bonis testibus foetus iste Vergerio tribuatur, erunt qui dubitent. Audiendus heic & V. Cl. Apostolus Zenus, qui in *Ephemerid. Literator. Ital. Tom. 9. p. 186.* additamenta faciens ad *Vossium de Historic Latin.* nonnulla de Vergerio quoque adnotavit<sup>(3)</sup>. Itaque Zeno

(1) Il codice della Bibl. Ambrosiana è ora segnato: Ms. I. 33 Inf., e l'epist. LXXXI vi si legge a c. 46. La data 1392 è un manifesto errore, poichè la statua di Virgilio fu atterrata nel 1397. D'un Pier Paolo Vergerio, trasferitosi a Sarnano nelle Marche, ci manca ogni notizia. È noto, infine, come il *De ingenuis moribus* venisse talvolta ascritto per errore al Bruni, avendo questi tradotto in latino l'omelia di S. Basilio intorno all'uso degli autori greci, e scritto altresì il trattatello *De studiis et litteris ad illustrem dominum Baptista stam de Malatestis*.

(2) Cod. Vat. Urb. 1194.

(3) Cf. A. ZENO, *Dissertazioni Vosiane*, Venezia, 1752, vol. I, p. 53.

Il COMBI (*Memoria cit.*, p. xv) scrive:

«L'*Historia principum Mantuanorum*, «che rintracciai con ogni diligenza, «temo sia smarrita per sempre, si che «dovremo continuare a citarla soltanto, «sulle testimonianze del Gesnero, del «Vossio, del Bayle, del Muratori, dello «Zeno, del Colle, e d'altri». Ma quivi, in verità, la fonte di tante testimonianze è una sola, quella del Vossio, giacchè gli altri scrittori, a cominciare dal Gesnero, furono paghi di ripetere le sue parole (ved. p. 489, nota 3). L'attribuzione al V. di un'opera concernente i Gonzaga è senza dubbio sbagliata, e forse deriva da ciò, che l'epistola del Bruni intitolata *Francisco Gonzagae principi Mantuanorum, De origin. urbis Mantuae* (ed. Melhus, lib. X, ep. 25), gira ne' mss. come opuscolo indipendente,